



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Le. v.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

rei angelicis manibus preparati
iter prebēs populo terreve enar
rent mirabilia tua. *Ps. Gloria et*
honore coronasti. *Collecta.*

*O*mnipotens sempiternus deus
qui in omni sanctorum tuorum
virtute es mirabilis: da nob
in beati clemētis martiris tui
atq; pontificis annua solenni
tate gaudere qui filij tui mar
tir et pontifex quod ministe
rio gessit testimonio comp. p. ba
uit et quod predicavit ore con
firmavit exemplo Per eundē.

*Clemētis pape et mar. xxij.
nouembriis. In matuti. Inui
taf. ps. an. p. et sex prima R.
ex col. de vno martire. Lecto 1*

*C*lemens episcopus et no
bilis romanorum profapia
ortus beati petri apostoli disci
pulus postquam domitellam vir
ginem neprem domitiani ce
saris sacro velamine consecras
set: et theodoram uxorem sifin
nij amici imperatoris ad fi
dem et castitatis propositum
conuertisset ipsamque sifinnium
cum trecentis tredecim de do
mo sua baptisasset a mamerti
no prefecto iussu traian impa
toris exilio damnat Tu aut.

Quoniam ad insulam Lecto. ij.
enim clericis et laicis cum se
quentibus venisset inuenit ibi pl
usquam duo milia christianorum ibi
dudum ad secundum marmora da
natorum. Quibus in lachrymas

prumpentibus sanctus clemens ait
Non meis meritis ad vos me
misit dominus sed vestre corone par
ticipem me fieri. Tu aut. *Lectio.*

*Q*um autem ab eis didicisset
quia a sexto miliario aquarum suis
humeris deportaret dixit eis
Oremus omnes dominum Iesum
christum: ut confessoribus suis
fontem ac venas aque aperiat.
Oratione autem sancta vidit agnum
stantem qui erecto pede dextro
locum ostendebat quem locum
cum sarculo percussisset fons ma
ximus erupit et in fluvium cre
uit. Tu autem. *Lectio quarta.*

*T*unc universis gaudentibus
sanctus clemens ait: Flumis
imperus letificat civitatem dei
Ad hanc famam multi conflue
runt et vna die quingenti et am
plius ab eo baptizati sunt et
ydolorum templa destruētes
intra unius anni spacium sep
tuaginta. quoniam ecclesias edificavit
Tu autem domine misere. *Le. v.*

*P*ost tres annos traianus hoc
audiens ducere quendam illum mi
sit. Qui cum omnes libere mor
ri conspiceret multitudinem cessit
et solus clemētem ligata ad collum
eius anchora in mari precipi
tauit. Stante autem omni multitu
dine ad litus phœbus et corne
lius eius discipuli orauerunt:
ut dominus eis corpus sui marti
ris demonstraret. Tu autem do.

*S*tatim mari per *Lectio v.*